Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

populus suus: et quę opus quippiam fecerit dele
bo eam de plo suo Nichil ergo opis facietis in
eo Legitimum sempiternum erit nobis: in omnibus
generacionibus et habitacionibus uestris:
Sabbatum requiecionis est: affligetis animas ue
stras Die nono mensis a uespera usque ad uespe
ram celebrabitis sabbata uestra dicit dns omnipo
Gr. Propitius esto dne peccatis nris ne quando dicant
gentes ubi est deus eorum V. Adiuua nos deus salutaris
noster et propter honorem nominis tui dne liberanos Oratio
Da nobis qs omnipotens deus: ut ieiunando
tua gratia sanctificemur: et abstinendo a uitiis
efficiamur hostiis placabilibus fruamur Lectio .l. leuitica
In diebus illis Locutus e dominus ad moy
sen dicens Quintodecimo die mensis septimi
quando congregueritis omnes fructus terre
celebrabitis ferias dni septem diebus Die
primo: et die octauo erit sabbatum: id est
requies Sumetisque uobis die primo fructus
arborum pulcherrime: ramosque palmarum
et ramos ligni densi frondium et salices de
torrente: et letabimini coram dno deo uestro cele
brabitisque solempnitatem eius septem dieb'
per annum Legitimum sempiternum erit in gene
racionibus uestris Mense septimo festa cele
brabitis: et habitabitis in umbraculis septem
diebus Omnis qui est de genere israel manebit
in tabernaculis: ut discant posteri uestri quod
in tabernaculis habitare fecerim filios israel
cum educerem eos de terra egypti: ego dns
deus uester Gr. Protector nr aspice deus et respi